




Pictura ostendit nobis caput statuae marmoreae, quae nomine Veneris Meliae<sup>33</sup> Parisiis asservatur. Artis hoc opus celeberrimum IV. saeculo a. Chr. n. factum esse videtur; anno 1820. in insula Melo (nunc Milo) a rustico inventa, rei publicae Gallicae sex milibus fr. venit.<sup>34</sup>

<sup>33</sup> melosi (milói) <sup>34</sup> eladódott.

## Herculis XII labores. I.

Hercules, filius Iovis et Alcumenae, iam infans<sup>1</sup> insignis<sup>2</sup> erat viribus corporis, quibus postea omnes facile superabat et vix aetatem octo<sup>3</sup> mensium<sup>3</sup> habebat, cum praestantiam<sup>4</sup> futuram significavit.<sup>5</sup> Nam Iuno, quae infanti infesta<sup>6</sup> erat, dracones<sup>7</sup> duos in lectulum<sup>8</sup> eius immittens interitum<sup>9</sup> ei parabat. Sed puer non territus manibus eos strangulavit.<sup>10</sup>

Ubi e<sup>11</sup> pueris<sup>11</sup> egreditur,<sup>11</sup> liberaliter<sup>12</sup> instituitur<sup>13</sup> ad omnes artes, imprimis bellicas: discit enim luctari<sup>14</sup> ab Autolyco, iaculari<sup>15</sup> ab Euryto, armis pugnare a Castore,



## Leo et tigris.

Nuper mercennarius<sup>1</sup> fame paene confectus<sup>2</sup> in via inveniebatur. Multi misericordiam<sup>3</sup> commoti infelicem circumsteterunt et quisque magna voce clamitabat. Denique unus adstantium:

— Quid agis, vir paupercule? An esuris?<sup>4</sup>


— Prae<sup>5</sup> paupertate vitae me taedet,<sup>6</sup> domi sunt mihi liberi, quibus vix panem suppetere<sup>7</sup> possim, nullum quaestum<sup>8</sup> habeo.

— Veni mecum, respondit alter. Apud me quaestum facere poteris.

Postquam mercennarius adeo reffectus<sup>9</sup> est, ut ire potuerit, in<sup>10</sup> pedes<sup>10</sup> se<sup>10</sup> dedit<sup>10</sup> et virum secutus est, cuius domum brevi tempore nacti<sup>11</sup> sunt.

fidibus<sup>16</sup> canere<sup>16</sup> a Lino; sic fama eius brevi tempore longe lateque per omnem Graeciam divulgata<sup>17</sup> est.

Postquam his artibus eruditus est, dii ipsi eum armis donaverunt: Mercurius



gladio, Vulcanus thorace<sup>18</sup> aureo; clavam<sup>19</sup> autem, qua maximam sibi comparavit gloriam, e Nemea asportavit.

<sup>1</sup> mint csecsemő <sup>2</sup> kiváló <sup>3</sup> nyolchónapos <sup>4</sup> jelesség <sup>5</sup> megmutat <sup>6</sup> ellenséges <sup>7</sup> sárkány <sup>8</sup> ágy <sup>9</sup> végromlás <sup>10</sup> megfojt <sup>11</sup> a gyermekkorból kilép <sup>12</sup> illendően <sup>13</sup> oktat <sup>14</sup> birkózik <sup>15</sup> dárdát vet <sup>16</sup> zenél <sup>17</sup> elterjed <sup>18</sup> mellvért <sup>19</sup> buzogány

— Ego — inquit ille — animalia ostendo<sup>13</sup> hominibus. Sed quia leo mihi periit,<sup>13</sup> pellem<sup>14</sup> ei detraxi; hāc tu indutus in cavea<sup>15</sup> ambulabis et hoc modo hominibus persuadebis<sup>16</sup> te verum leonem esse.

Noster maximo cum gaudio pelle indutā in caveam intravit. Haud felicius leo in Africae desertis<sup>17</sup> inveniri potuerat. Sed brevi tempore aperta est caveae ianua, in qua tigris maximus apparuit.

— Eheu, eheu, succurrite<sup>18</sup> mihi misero! clamitat homo, pelle leonina indutus. Sed non diu clamitat, quia ille alter, qui tigridis speciem<sup>19</sup> prae<sup>19</sup> se<sup>19</sup> tulit,<sup>19</sup> capite nudato:

— Acquiescas,<sup>20</sup> mi collega, noli timere! Ego nihilo magis sum tigris, quam tu leo.

Ex eo die in vivario<sup>21</sup> illo celeberrimo numerus bestiarum duabus imminutus<sup>22</sup> est.

G. Marton.

<sup>1</sup> napszámos <sup>2</sup> elpusztul <sup>3</sup> száanalom <sup>4</sup> éhezik <sup>5</sup> miatt <sup>6</sup> ún <sup>7</sup> ad <sup>8</sup> kereset <sup>9</sup> helyreáll <sup>10</sup> nekiindul <sup>11</sup> elér <sup>12</sup> mutogat <sup>13</sup> kimulik <sup>14</sup> bőr <sup>15</sup> ketrec <sup>16</sup> elhítt <sup>17</sup> puszta <sup>18</sup> segít <sup>19</sup> feltünteteti magát <sup>20</sup> megnyugszik <sup>21</sup> sereglet <sup>22</sup> apaszt.

Nobilissimi sunt duodecim eius labores, quos Eurystheus imperaverat quibusque luculenter<sup>20</sup> virtutem suam monstravit.

Primum enim leonem<sup>21</sup> ingentem, qui appellabatur Nemeus, necavit. Erat is leo proles<sup>22</sup> Typhonis pellemque<sup>23</sup> gerebat, quae telo<sup>24</sup> non vulnerabatur. Ubi sagittae<sup>25</sup> et tela nihil valuerunt,<sup>26</sup> Hercules bestiam manibus aggreditur<sup>27</sup> fugatque<sup>28</sup> in antrum,<sup>29</sup> quod duo ostia<sup>30</sup> habebat; horum alterum occludit, per alterum ipse ingreditur<sup>31</sup> et leonem strangulat,<sup>10</sup> collum<sup>32</sup> manibus comprimens.<sup>33</sup> Pellem<sup>34</sup> detractam<sup>35</sup> inde<sup>36</sup> ab<sup>36</sup> eo<sup>36</sup> tempore<sup>36</sup> ipse pro tegumento<sup>37</sup> gerebat.

Postea ad caedem draconis ingentis, qui ad fontem Lernaem habitabat, proficiscitur.<sup>38</sup> Habebat anguis<sup>39</sup> iste novem capita afflatuque<sup>40</sup> suo omnes necabat; tanta in eo vis erat veneni.<sup>41</sup> Eum ubi sagittis<sup>25</sup> excitavit,<sup>42</sup> capita decidere<sup>43</sup> instituit,<sup>44</sup> sed — facilius res narratur, quam creditur — pro uno capite bina nascebantur.<sup>45</sup>

Hac calamitate<sup>46</sup> conflictatus<sup>46</sup> Hercules Iolaum socium advocavit, qui partem silvae<sup>47</sup> vicinae comburens<sup>48</sup> titionibus<sup>49</sup> ardentibus<sup>49</sup> prolem<sup>22</sup> capitum exstinxit.<sup>50</sup> Sic Hercules aegre<sup>51</sup> anguem trucidavit, felle<sup>52</sup> eius, quod plenum erat veneni,<sup>41</sup> sagittas tinxit,<sup>53</sup> unde postea, quoscunque animantes,<sup>54</sup> sive homines sive bestias sagittis assequabatur,<sup>55</sup> moriebantur.

## Verba publica.

Perfer<sup>56</sup> et obdura,<sup>57</sup> multo graviora tulisti. — Periculum in mora.<sup>58</sup> — Per<sup>59</sup> me<sup>59</sup> licet. — Per pedes apostolorum. — Per risum multum poteris cognoscere<sup>60</sup> stultum. — Persona gratissima.<sup>61</sup> — Per varios<sup>62</sup> casus,<sup>63</sup> per tot discrimina<sup>64</sup> rerum,<sup>64</sup> — Pia desideria.<sup>65</sup> — Pia fraus.<sup>66</sup> — Plenus venter non studet libenter, ieiunus<sup>67</sup> eo<sup>68</sup> minus.

20 fényesen 21 oroszlán 22 sarja, fia 23 bőr 24 fegyver  
25 nyíl 26 ér 27 megtámad 28 üz 29 barlang  
30 nyílás 31 belép 32 nyak 33 megszorít 34 bőr  
35 *detracto* lehűz 36 ez időtől kezdve 37 takaró  
38 indul 39 kígyó 40 lehellet 41 mérég 42 fölzavar  
43 lenyes 44 elhatároz 45 nő 46 szorult helyzetben  
47 erdő 48 eléget 49 égő csóva 50 elpusztít 51 nehezen  
52 epe 53 márt 54 élő lény 55 ér 56 tűr 57 kitar  
58 késelem 59 miattam 60 megismer 61 igen nagy kegyben álló  
62 különféle 63 baj 64 válság  
65 kívánság 66 család 67 bőjtős, üres 68 annál.



In aquis<sup>1</sup> marinis<sup>1</sup> Ostendinis corpus mortui, iam putridum<sup>2</sup> litori appulsum est. Corpus aëronautae Grace esse videtur, qui nonnullis mensibus ante tranavit Fretum<sup>3</sup> Gallicum<sup>3</sup> et Britanniam repetiturus prae nebulā<sup>4</sup> crassā<sup>4</sup> cursu<sup>5</sup> deerrans<sup>5</sup> in mare decidit.

Progressiones,<sup>6</sup> quas ars volandi paulo ante fecit, non mediocres requirebant victi-



mas, quas enumerare longum est. Quamquam sine magno labore nil mortalibus datum, tamen series<sup>7</sup> eorum, qui se pro vitae<sup>8</sup> cultioris<sup>8</sup> usu<sup>8</sup> ad mortem obtulerunt, sat<sup>9</sup> superque<sup>9</sup> longa est. Quae cum ita sint, homines ingeniosi<sup>10</sup> rationes excogitare student, quibus volandi periculis obviam<sup>11</sup> iretur.<sup>11</sup> Novissime Gallus quidam umbraculum<sup>12</sup> pensile<sup>12</sup> confecit, quod de

1 tengeri fürdő 2 feloszlásnak indult 3 La Manche  
4 sűrű köd 5 irányt téveszt 6 haladás 7 sorozat  
8 művelődés 9 túlon-túl 10 leleményes 11 szembezáll  
12 hulló ernyő

summa turri Eiffeliana demissum, cum simulacro<sup>13</sup> ligneo<sup>13</sup> adiacente integrum<sup>14</sup> humum tenuit.<sup>15</sup>

**Britanniā** tota haud inveneris discipulum beatiorē, quam Stanleyum Lewin. Omnium discipulorum — ni fallimur — ille primus in altum subvolavit. Diebus nonnullis ante Stanleyus cum patre in<sup>16</sup> locum<sup>16</sup> exiit, ubi<sup>16</sup> aëronautae<sup>16</sup> artem<sup>16</sup> volandi<sup>16</sup> exercitant.<sup>16</sup> Inter alios machinam novam experientiā<sup>17</sup> tentabat<sup>17</sup> Graham White aëronauta, patris Stanleyi amicus, cui puer tam diu supplicabat, donec ille exoratus<sup>18</sup> unā cum discipulo in altum tolleretur. Maxima vis hominum machinae novae primum iter spectabat et vectori puerili una voce succlamavit.<sup>19</sup>

<sup>13</sup> fabáb <sup>14</sup> sértetlen állapotban <sup>15</sup> érint <sup>16</sup> gyakorló-tér <sup>17</sup> kísérletez <sup>18</sup> megkérlel <sup>19</sup> éljenez.



**Quotquot** scholae, quae vocantur, mediae Budapestini sunt, pentecostē<sup>1</sup> congregabunt<sup>2</sup> minimos discipulos, primanos, quorum ludi gymnici edantur.

Earundem scholarum alumni in Stae Margarethae Insula pr. Non. Maias, vernis<sup>3</sup> sollemnibus<sup>3</sup> in<sup>4</sup> rem<sup>4</sup> Societatis,<sup>5</sup> quae<sup>5</sup> sub<sup>5</sup> nomine<sup>5</sup> Iosephi<sup>5</sup> Archiducis<sup>5</sup> pauperum<sup>5</sup> sanitatem<sup>5</sup> petit,<sup>5</sup> prodibunt.<sup>6</sup> E singulis scholis viceni quini in<sup>6</sup> medium<sup>6</sup> procedent,<sup>6</sup> ut pro vexillo<sup>7</sup> honoris,<sup>7</sup> a Societate illa oblato<sup>8</sup> dimicent.

**Britannus** nomine Lautz Sanctam<sup>9</sup> Margaretham<sup>9</sup> Ligustinam<sup>9</sup> tenui scapha<sup>10</sup> advenit, quō mense Iulio anni superioris Gotaburgo<sup>11</sup> (Suecia) profectus est. Per Lacum<sup>12</sup> Flevonem,<sup>12</sup> per mare, fluvios fossasque,<sup>13</sup> Amstelodamo, Antverpia, Parisiis, Massilia<sup>14</sup> tactis in Mare<sup>15</sup> Internum<sup>15</sup> prae-

<sup>1</sup> pünkösdkor <sup>2</sup> összegyűjt <sup>3</sup> tavaszi ünnep <sup>4</sup> javára <sup>5</sup> József főherceg Szanatórium-Egyesület <sup>6</sup> föllép <sup>7</sup> díszzászló <sup>8</sup> fölajánl <sup>9</sup> Santa Margherita (Ligure) <sup>10</sup> sajka <sup>11</sup> Gotenburg <sup>12</sup> Zuider-tó <sup>13</sup> csatorna <sup>14</sup> Marseille <sup>15</sup> Földközi tenger

ter<sup>16</sup> oram<sup>16</sup> vectus Santam Margaretham pervenit. Scaphā illā fragili iter trium milium et quingentorum chiliometrorum perfecit, non raro in<sup>17</sup> vitae<sup>17</sup> periculum<sup>17</sup> vocatus.<sup>17</sup>

<sup>16</sup> part mentén <sup>17</sup> életveszélybe került.



**Alva Thomas Edison**, Americanus ille clarissimus, cui tot et tantas res<sup>1</sup> inventas<sup>1</sup> debemus, in ephemeride quadam Americana de rebus futuris ita disserit:<sup>2</sup> Supellectilia<sup>3</sup> lignea chalybeis<sup>4</sup> commutabuntur; chartae<sup>5</sup> vice<sup>5</sup> fungetur<sup>5</sup> nicol.<sup>6</sup> Charta, ex hoc elemento facta firmior erit scidis<sup>7</sup> nostrorum librorum. Liber, quattuor centimetrorum crassus,<sup>8</sup> quadraginta milia paginarum<sup>9</sup> continebit<sup>10</sup> et 7 coronis 50 centesimis constabit, neque gravior erit dimidio chiliogrammate. Opera<sup>11</sup> rustica<sup>11</sup> vī electricā conficiuntur. Maximi<sup>12</sup> moment<sup>12</sup> erit, ut aurum manibus hominum conficiatur, idque tam facile, ut eo tempore nulla amplius civitas aurum signatum<sup>13</sup> edere possit. Ne labor quidem auro pensabitur,<sup>14</sup> quia aurum sibi faciet, quicumque voluerit.

**Trench et Brandon**, praepositi<sup>15</sup> in classe Britannica, iuvenes sunt intrepidi,<sup>16</sup> cauti,<sup>17</sup> eruditi, patriae amantissimi. Aestate Maris Germanici insulas parvas valetudinis<sup>18</sup> causa<sup>18</sup> perambulasse videbantur; utrique medicos<sup>19</sup> simulabant,<sup>19</sup> in qua re nihil mirum<sup>20</sup> erat, quia alter optime loquitur germanice. Non autem lavatum venerunt, sed res nauticas<sup>21</sup> Germaniae perspeculaturi.<sup>22</sup> At cum Trench in munitiones<sup>23</sup> Borki<sup>24</sup> irrepturus<sup>25</sup> esset, comprehensi in

<sup>1</sup> találmány <sup>2</sup> értekezik <sup>3</sup> supellex bútor <sup>4</sup> acélból való <sup>5</sup> papir helyett szerepel <sup>6</sup> nikkell <sup>7</sup> scida lap <sup>8</sup> vastag <sup>9</sup> oldal <sup>10</sup> tartalmaz <sup>11</sup> földmunka <sup>12</sup> legfontosabb <sup>13</sup> vert <sup>14</sup> fizet <sup>15</sup> tiszt <sup>16</sup> bátor <sup>17</sup> óvatos <sup>18</sup> gyógyulás végett <sup>19</sup> adták az orvosokat <sup>20</sup> feltűnő <sup>21</sup> tengerészeti <sup>22</sup> kémlel <sup>23</sup> erőd <sup>24</sup> Borkum <sup>25</sup> be-mászik

ius rapiabantur. Quindecim iudices, praeter suam conscientiam, nulli oboedientes, Lipsiae sententiam<sup>26</sup> tulerunt: Britanni custodiae<sup>27</sup> quattuor annorum damnati sunt. Sed non est dubium, quin imperator eos poenā liberaturus sit.

**In conventu** Germaniae postulabatur,<sup>28</sup> ut, — quod<sup>29</sup> Gallia et Britannia, quomodo rei militaris sumptus restringi<sup>30</sup> possent, se praemeditaturos<sup>31</sup> pollicebantur, — curatores Germaniae se cum his coniungerent,<sup>32</sup> atque elaborarent, ut gentium<sup>33</sup> decretis<sup>34</sup> de restringendis rei militaris sumptibus statueretur.

**Italia**, quae in multas partes distracta,<sup>34</sup> abhinc mille quingentos annos non erat sui<sup>35</sup> iuris,<sup>35</sup> anno MDCCCLXI. XVI. Cal. Apr. in unius corporis populum coaluit.<sup>36</sup> Eo die aperiebatur Augustae<sup>37</sup> Taurinorum<sup>37</sup> consilium<sup>38</sup> publicum,<sup>38</sup> ubi iubente populo Italicum unito Victor Emanuel rex Sardiniae nomine regis Italici sumpto<sup>39</sup> Italiam unitam condidit. In huius diei memoriam nunc Augustae Taurinorum sollemnia celebrabantur maxima. Clamoribus laetissimis accipiebatur a conventu Italiae publico congratulatio, quae a Germaniae conventu missa est.


Etiam conventus publicus Hungariae optimis<sup>40</sup> omnibus<sup>40</sup> prosequabatur<sup>40</sup> populum Italicum, de qua re telegrapho gratulatorio praeses Italicus certior factus est.

**Societati**<sup>41</sup> Hungaricae rerum<sup>41</sup> naturam<sup>41</sup> scrutantium,<sup>41</sup> quae septuaginta iam annos floret et sociorum milia novem et septingentos numerat, novissime centum quinquaginta milia coronarum obvenerunt, quas *Ludovicus Pátkay* testamento legavit.

**Luitpoldus**, rector per Bavariam rerum publicarum IV. Id. Mart. nonagesimo vitae anno peracto, natu grandissimus est omnium orbis terrarum dominantium. Ante 25 annos postquam filius fratris, rex Ludovicus II. mente captus est, regnum auspicabatur et rege mortuo — quia huius frater minor aequae mente captus est — in regno permansit.

**Carnegie** vir ille ditissimus in circulo<sup>42</sup> quodam Americano affirmavit pacem fore aeternam, si inter Britanniam et Americam dissensiones<sup>43</sup> in<sup>44</sup> vicem<sup>44</sup> belli per arbitros<sup>45</sup> diiudicare conveniret.

**In Magno Oceano** prope Australiam sunt insulae Carolinae, quarum maxima est Ponape, cuius incolae contra Germanos, insulae dominos exsurrexerunt<sup>46</sup> et quattuor e magistratibus trucidaverunt. Duo sacerdo-



tes ab indigenarum<sup>47</sup> mulieribus, Christum sequentibus, servati sunt.

**San Salvador** est res publica in Americae media parte sita. In his regionibus est lacus, in quo ante 30 annos terrae<sup>48</sup> motū<sup>48</sup> insula orta est. Nunc insula deleta<sup>49</sup> esse, e quadringentis autem incolis circa centum septuaginta periisse dicuntur.

<sup>26</sup> itélet <sup>27</sup> fogság <sup>28</sup> indítványoz <sup>29</sup> tekintve, hogy <sup>30</sup> megszorít <sup>31</sup> fontolóra vesz <sup>32</sup> érintkezésbe lép <sup>33</sup> nemzetközi határozattal <sup>34</sup> szétaprózva <sup>35</sup> független <sup>36</sup> egyesül <sup>37</sup> Torino <sup>38</sup> országgyűlés <sup>39</sup> fölvesz <sup>40</sup> szerencsét kíván <sup>41</sup> Természettudományi Társulat <sup>42</sup> egyesület <sup>43</sup> vizzály <sup>44</sup> háború helyett <sup>45</sup> békebíró <sup>46</sup> *ersurgo* fölkel <sup>47</sup> benszülött <sup>48</sup> földrengés <sup>49</sup> elpusztul.

## Quo vadis? V.

Ad fabulam *Henrici Sienkiewiczii* latine scripsit *Adalbertus Danczer*.

Aulus cum uxore in tablinum secessit,<sup>1</sup> ubi cum illa paulisper collocutus est, quomodo Lygiam recuperare possent. Mox decrevit, se primum Caesarem aditurum, quamquam spes<sup>2</sup> recuperandae pertenuis<sup>2</sup> ei ostendebatur.

Dux veteranus lecticam ascendens quam

<sup>1</sup> vonul <sup>2</sup> halvány remény

citissime in Palatium se ferri iussit. Mox comperit, Neronem fidibus<sup>3</sup> discendo<sup>3</sup> occupatum nemini nisi vocato admissionem dare.

A L. Annaeo Senecā, quocum Aulus iam pridem familiarissime utebatur et qui tunc ipsum aegrotabat, ad Vinicius se contulit. Iuvenem gladio armisque cum lanista<sup>4</sup> suo exercentem invenit. Qui cum Lygiam raptam



esse comperisset, exalbuit, voxque ei faucibus<sup>5</sup> haesit.<sup>5</sup> Irā aemulationeque<sup>6</sup> furiosa incensus se<sup>8</sup> illico<sup>7</sup> in aedes Petronii proripuit<sup>8</sup> in itinere deambulantes<sup>9</sup> sibi que obstantes<sup>10</sup> etiam pugnis<sup>11</sup> percutiens.<sup>11</sup>

Aulus infectis<sup>12</sup> rebus<sup>12</sup> domum revertit expectabatque nuntium, qui curam ac dolorem familiae ob Lygiam amissam leniret. Sub vesperum ianua atrii pulsabatur. Servus intrans epistolam Aulo tremebundo<sup>13</sup> tradidit, qui eam uxori legendam porrexit. In epistula haec verba scripta legebantur: «M. Vinicius Aulo Plantio salutem! Quae facta sunt, e voluntate Caesaris peragebantur.<sup>14</sup> Submittite<sup>15</sup> vos Caesari, sicut ego Petroniusque».

His compertis utrique spem filiulae recipiendae deplorabant...

Vinicius Petronii domum intrans hunc totum<sup>19</sup> in<sup>16</sup> litteras<sup>16</sup> abditum<sup>16</sup> invenit, qui voce rauca<sup>17</sup> ei inclamans quaesivit: Ubi est Lygia? Quid fecisti de illa?

Petronius aliquamdiu obstupefactus contemplantur<sup>18</sup> faciem Marci conturbatam atque irā flagrantem. Vix mitigare<sup>19</sup> poterat iuvenem, quem de ingrato<sup>20</sup> animo<sup>20</sup> moribusque<sup>21</sup> agrestibus<sup>21</sup> obiurgavit.<sup>22</sup>

Mox persuasit iuveni Lygiam in Palatium esse abductam custodiaeque Actes — libertae Neronis — mandatam; affirmabat simul sibi curae fore, ut cras in convivio a Nerone instituendo<sup>23</sup> Lygiam videret moxque illam iussu Neronis domi suae haberet. His auditis Vinicius paulum consolatus mandante<sup>24</sup> Petronio litteras misit Aulo, quibus omnis spes duci veterano adempta<sup>25</sup> est...

Acte, liberta Neronis non solum apud Caesarem in gratia<sup>26</sup> erat, sed etiam qua<sup>27</sup> erat<sup>27</sup> humilitate<sup>27</sup> et<sup>27</sup> comitate<sup>27</sup> in Palatio fere omnium benevolentiam sibi conciliaverat.<sup>28</sup> Adhibebatur<sup>29</sup> convivii quoque, ubi varia<sup>30</sup> conditionis<sup>30</sup> fortunaeque<sup>30</sup> homines conveniebant. Conspiciebantur ibi praeter senatores et loco nobilissimo natos homines etiam cantores, aurigae<sup>31</sup> celeberrimi, saltatrices, somniorum<sup>32</sup> interpretes,<sup>32</sup> philosophi esurientes pessimique poëtae: homines, in quorum coetu<sup>33</sup> libentissime Nero morabatur...

Lygia quoque die hodierno ad convivium vocata erat. Pavore ac terrore affecta neutique<sup>34</sup> se ad cenam conferre voluit. Acte autem puellam, quam in tutela<sup>35</sup> sua positam maxime adamaverat, benignis verbis admonuit, ut cautior<sup>36</sup> esset, neve se<sup>37</sup> furori Caesaris obiiceret.<sup>37</sup> Acte, quae singulari studio legerat epistulas Pauli Tarsensis et secreto multa testimonia dabat benevolentiae erga Christianos, mox commovit Lygiam, ut secum ad cenam accederet.

Acte providit, ut in convivio Marcus Lygiae vicinus foret, non enim fefellit<sup>38</sup> eam<sup>38</sup> amor puellae, cui conspectum<sup>39</sup> adulescentis dilecti auferre<sup>39</sup> noluit.

Quo magis appropinquavit tempus cenae, eo vehementius palpitavit<sup>40</sup> cor Lygiae, dum

3 citerajáték-tanulás 4 vivómester 5 torkán akadt  
6 féltékenykedés 7 legott 8 rohan 9 járó-kelő 10 út-  
jában áll 11 ököllet út 12 eredménytelenül 13 resz-  
kető 14 végrehajt 15 alárendel 16 irodalmi tanul-  
mányaija teljesen elmerül 17 rekedt 18 szemlél  
19 csitít 20 hálátlanság 21 durva modor 22 szemére-  
vet 23 rendez 24 meghagyására 25 elvesz, «meg-  
semmisít» 26 kegy 27 előzékenységével és nyáj-  
ságával 28 megnyer 29 meghív 30 különféle rangú  
és rendű 31 versenykocsis 32 álomfejtő 33 társaság  
34 sehogysem 35 védelem 36 óvatos 37 kiteszi magát  
38 kikerüli figyelmét 39 látását megvonja 40 ver



manibus peritis libertae in convivium Neronis muliebribus<sup>41</sup> munditiis<sup>41</sup> ornatur.

Puella modesta luxu ac splendore domus imperatoriae, coetu hominum atque odoribus inusitatis<sup>42</sup> obstupefacta manum Actae tenens iuxta eam in<sup>43</sup> toro<sup>43</sup> se<sup>43</sup> abiecit.<sup>43</sup>

Paulo post vocem notissimam percepit.<sup>44</sup> Vinicius erat, qui puellam blandissimis<sup>45</sup> verbis allocutus est.

— Lux mea, deliciae meae, insusurravit<sup>46</sup> ei adolescens amore caecus, qui oculos in effigie puellae defixus, nihil vidit, nihil audivit, nihil sensit praeter illam.

Puella Christiana, quae in tanta frequentia hominum extra Actem neminem noverat, primum gavisa est Vinicio viso. Sed mox ardentibus<sup>47</sup> animi<sup>47</sup> furores<sup>47</sup> adulescentis importuni<sup>48</sup> esse coeperunt ei, quae anxia oculis vultum Actae quaerebat, quo conspecto paulisper acquiescebat, magis etiam cum staturam ingentem Ursi, fidelis servi, pone<sup>49</sup> columnam prospicientem animadvertisset.

<sup>41</sup> női pipere <sup>42</sup> szokatlan <sup>43</sup> az ebédlő-pamlagra dől <sup>44</sup> meghall <sup>45</sup> hízelt <sup>46</sup> suttog <sup>47</sup> szenvedélyes kitörései <sup>48</sup> alkalmatlan <sup>49</sup> mögött.



**M. Curius Dentatus** cum in foco rapas<sup>1</sup> coqueret,<sup>2</sup> venerunt Samnitum legati, aurum deferentes. Verum Curius munere<sup>3</sup> neglecto: Auro — inquit — ad hanc cenam non egeo.<sup>4</sup> Malo enim imperare aurum habentibus, quam aurum habere. *L. Zórády.*

**Duo mercatores** de prudentiā et sagacitate<sup>5</sup> inter se contendebant.<sup>6</sup> Tum alter: — Equidem — inquit — centies te ego vendiderim, priusquam tu me semel.

— Recte loqueris, neque enim vel nummulum<sup>7</sup> quisquam pro te mihi daret.

*G. Hadady.*

**Caninius Revilius** cum uno tantum die<sup>8</sup> consul fuisset, iocatus<sup>9</sup> est<sup>9</sup> Cicero:

— Vigilantiorem<sup>10</sup> consulem Romam non habuisse, qui toto suo consulatu vix somnum<sup>11</sup> vidisset.<sup>11</sup>

*N. Veress.*

**Cicero** cum Lentulum generum<sup>12</sup> suum, exiguae<sup>13</sup> staturae hominem praelongo gladio videret accinctum:<sup>14</sup>

— Quis — inquit — alligavit generum meum gladio? *B. Nagy.*

**In coemeterii**\*rusticani cuiusdam cippo<sup>15</sup> legitur:

Hic quiesco ego, legis tu,  
Legerem ego, quiesceres tu.

*G. Totis.*

**Andersen**, fabularum scriptor clarissimus, natione Danus, multum tempus in Italia egit. Cum in patriam rediturus, Italiam relinquere parasset, amicus quidam Italicus eum allocutus est:

— Cur amplius<sup>16</sup> non manes in Italia? Cur abire cupis ex hac terra pulcherrima, ubi poma<sup>17</sup> citrea<sup>17</sup> et medica<sup>18</sup> spectatissime<sup>19</sup> florent, in Daniam inhospitalem, frigidam?

Cui Andersen respondit:

— Num minus amamus matrem, si non est formosa? *N. Varga.*

**Magister:** Quānam tempestate tibi pulcherrima videtur natura?

*Discipulus:* Tempore feriarum.<sup>20</sup>

*Lotophagus.*

**Rusticus**<sup>21</sup> quidam iam omnia bona sua consumpsit<sup>22</sup> in animo filii stulti excolendo,<sup>23</sup> sed frustra.

Tum exclamat:

— O, quot boves, quot oves consumpsi pro uno asino!

**Decurio**<sup>24</sup> ad militem<sup>25</sup> gregarium:<sup>25</sup>

— Apporta mihi vinum e caupona!

— Rogo humillime, pecuniam.

— Pecuniā etiam stultus apportabit.

Miles rediit cum lagenā<sup>26</sup> vacuā.

— Haec lagena vacua est, impudens!

— Rogo humillime, e lagenā plenā etiam stultus potest vinum bibere. *G. V. Kondela.*

<sup>1</sup> répa <sup>2</sup> főz <sup>3</sup> ajándék <sup>4</sup> rászorul <sup>5</sup> elmésség <sup>6</sup> vetélkedik <sup>7</sup> fillér <sup>8</sup> Róma konzul nélkül egy napig sem lehetett, azért az elhalt helyébe, ha csak egy nap is hiányzott a rendes választásig, *consul suffectus* választottak. Ilyen volt Revilius <sup>9</sup> tréfál <sup>10</sup> éber <sup>11</sup> álmot talál <sup>12</sup> vő <sup>13</sup> kicsiny <sup>14</sup> övez \* temető <sup>15</sup> sirkő <sup>16</sup> tovább <sup>17</sup> citrom <sup>18</sup> narancs <sup>19</sup> gyönyörűen <sup>20</sup> szünét <sup>21</sup> paraszt <sup>22</sup> elkölt <sup>23</sup> kitanít <sup>24</sup> tizedes <sup>25</sup> közkatona <sup>26</sup> palack



I.

Multa patitur animal, primā litterā ad-  
emptā<sup>1</sup> recipit naves. *G. Totis.*

II.

Purpura<sup>2</sup> sum terrae, pulchro perfusa<sup>3</sup>  
colore,

Saeptaque<sup>4</sup> ne violer, telis defendor acutis :  
O felix, longam si possem vivere vitam !

III.

Rubra mihi cutis<sup>5</sup> est, latet<sup>6</sup> intus vineus  
humor,<sup>7</sup>

Os<sup>8</sup> pro corde gero, semen at illud habet.

IV.

Qui de quingentis, de quinque decemque  
fit unus,

Ille meis precibus dignum poterit dare  
munus.<sup>9</sup>

V.

A	A	E	E
E	E	M	M
M	M	N	N
O	O	R	R

Haec vocabula deorsum,  
dextrorsum lecta idem red-  
dunt, quod sursum ac si-  
nistrorsum.

1. Augurium.
2. Neptuni regnum.

3. Forma verbi. 4. Pronomen.

Angers, Maine et Loire.

*M. Malnoy.*

VI.

Pythagoras a Polycrate interrogatus,  
quot discipulos haberet: «Dimidia pars  
eorum — inquit — arithmetiis<sup>10</sup> studet,<sup>10</sup>  
quarta pars physicis; pars septima utrisque.  
Praeterea habeo tres discipulas». Quot erant  
discipuli cuncti Pythagorae?

*Temesvár.*


*Aug. Horay.*

VII.

Dum totum est, membrum corporis signi-  
ficat; si desumpseris litteram primam, femi-  
nam aetate propectam notabit. *L. Poić.*

<sup>1</sup> elvesz <sup>2</sup> bibor <sup>3</sup> leönt <sup>4</sup> övez <sup>5</sup> bőr <sup>6</sup> rejtőzik  
<sup>7</sup> nedv <sup>8</sup> csont <sup>9</sup> ajándék <sup>10</sup> számtant tanul.

VIII.



Solutiones aenigmatum numeri 14.

I. 256. — II. Liliium, Ilium. — III. Ignotus, novus,  
tacet, ebrius, risus, antiquus, rudis, modestus, adire,  
sobrius, irritus, lux, educit, nolle, tardus, magnus,  
ullus, similes, aperit, explicat. — IV. Unus vir,  
2 feminae, 14 pueri conducuntur. — V. Non omnis  
militans pugnāt, qui fortia clamat. — VI. Superba  
suboles.

*Aenigmata numeri 14. recte dissolverunt* : E. Brenek,  
M. Cheminaud (La Roche sur Yon), A. Cseh, P. Duplessis  
(Parisiis), L. Éder, Elisabetha Flatt, R. Fleischner,  
L. Gottlieb, I. Gourin (Angers), Z. Grosz, A. Gusieille,  
I. Gyurovics, Z. Hajós, L. Helmrich, E. Klein, M. Lamic  
(La Roche sur Yon), M. Malnoy (Angers, Maine et  
Loire), V. Marian, T. Osztrovszky, G. Péteri, Fr. Popu,  
A. Révffy, M. Rouillé (Angers), I. Sorger, E. Strecke,  
fratres Totis, Ujpestinensis gymnasii classis III. A.,  
Fr. Walter (Vindobona), L. Zoufaly.

Praemium Elisabethae Flatt adiudicatum est.



Lectoribus. Hunc numerum duplex paschalis  
sequetur Non. Apr. proditurus. Aenigmata huius  
(15.) et insequentis numeri duplicis (16., 17.) post  
Cal. Mai. mittantur ad moderatorem! — P. R.  
Parisiis. Budapestinum non est in Austria situm,  
quia caput ac sedes est incliti regni Hungariae. —  
*De iudice sapiente* ubicunque scriptum legitur. —  
*G. Totis.* Aliquid inseretur nostris. — *E. Haas.* For-  
tasse. — *Nicolaus Sz.* Non satis liquent. — *V. Marian.*  
Alterum aptum videtur, quod cum lectoribus com-  
municemus. — *I. B. Szokolca.* Meliora mitte. — *L.*  
*Éder.* Qui Italiae septentrionalis geographiam ignorat,  
tuum vix dissolvēt aenigma. — *T. Osztrovszky.* Alius  
cuiusquam opuscula noli mittere. — *Thymbraeus.*  
Pro hac occasione tarde venisti, quia «Dies irae»  
iam typis expressum erat. Carmina autem duo simul  
edi nequeunt. — *I. Gyurovics.* Fortasse utar tuis.

Sumptibus moderatorum ephemeridis: Magyar  
Középiskola.